

www.e-rara.ch

**Ioannis Oecolampadii, doctoris undecunque doctissimi, in librum Iob
exegemata**

Ökolampadius, Johannes

Basileae, mense Martio, anno 1532

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-73029>

Caput XXXII

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

QUARTA DISPUTATIO.

LIBER TERTIVS.



IN duobus prioribus libris, uincit Iob. Hic uel obmutescit, uel uictum se fatetur. Introducitur enim nouus disputator Elius scilicet, non ita alienus à misericordia, ut priores, cuius mentē deus dictis suis confirmare uidetur. Iob autem Eliō non respondens, deo loquente, peccatum suum tandem fatetur. Nouus igitur actus est, ut ante iudicem, de eadem re pronunciet, neutri partium addictus, imò utranq; condemnans.

CAPVT XXXII

- 1 **E**T cessauerunt tres uiri illi, ne ultra responderent Iobo, eò quod ipse iustus in oculis suis erat.
- 2 Et iratus est furor Elij filij Baracheël. Buzitæ de familia Ram, contrà Iobum exastuabat furor eius: propterea q̄ ipse iustificabat animā suā plus quàm deū.
- 3 Et contra tres amicos illius exastuabat furor eius, eò quod non inuenerant responſionem, & condemnauerant Iobum.
- 4 Et Elius expectauit ipsum Iobum, quia seniores erāt quàm ipse, diebus.
- 5 Et uidit Iob, quod non erat responſio in ore trium uirorum, & exastuauit furor eius.
- 6 Et respōdit Elius filius Baracheël Buzites ac dixit.

Et cessauerunt

1 Et assauerunt Ignorantiam dissimulant isti tres & impudentiam,
& preterunt, quasi cedant Iobo, propterea quod inemendabilis esset, ac præ=
fractus, uidereturq; sibi iustus in oculis suis, hoc est suo iudicio, quū reuera ipsi
superbi essent, & ut ab Elío redarguamur, condemnauerant, quem destituti
argumentis uincere non poterant.

2 Et iratus est Elius iste uir nobilis ac sapiens, ex prosapia Nachor fratris
Abrahā, cui genuit Melka uxor Huz, & Buz. Gen. 22. A quo et Ram fami=
lia descendit, unus ex præpitis, posteritatis Buz. Ex diligenti enumeratione
generis, coniectant quidā nō nō omnino figmentum, quod hic describitur.
Fingunt autem & talia multa Poëtæ, ne decori obliuiscantur, ut omnia sint
quā uerisimilia. At iam antea ostendi non omnino negandam historiam.
Græcus etiam addit ἀυσίτιδος χώρας, Ausitidis regionis. Et ubi le=
gimus. Iustus in oculis suis, dicit. Δίκαιος ἐναντίον κυρίου, quod scho=
lia sic enarrant ὅτι δίκαιος ἀπέφηνε ἐν τῷ ὀϊάβ ὡργισθῆναι ὁ
ἐλίας. συνεπίσπτο γὰρ, ἀλλ' ὅτι ἐναντίον κυρίου ἤγονε ἔτι πρὸς
τὸν θεὸν ἐδικαιολογοῦτο, Non quod iustum affirmarit sese Iob, iratus
est Elius. Cōscius enim sibi erat, sed quod coram domino iudicio cōtendebat.
Hoc est, quod postea etiam deus ei obijcit, nimirum quod ad ipsum prouoca=
rat. Videtur tamen nec ipse mentem Iobi cognouisse, & subinde sinistre in=
terpretari, quod ille in alium sensum dixerat sed non tam maligne obijcie=
bat, proinde & excusabilior est, ut apparebit. Quatuor illius orationes
legimus. In prima, statim tres illos redarguit, quomodo estius etiam
Iobum tractet, nec illis assentari uideatur. Deinde contra
Iobum omnem orationis uim effundit, & post multa
præfationis argumenta, ostendit quomodo
deus triphariam reducat peccatores
à peccato, hoc agens ut dili=
gentius ipse audiatur, quasi angelus liberare cupiens,

Disputationis quarta, oratio
Elij prima.

- 7 **P**aruulus ego diebus, & uos decrepiti, ppter ea ex
pauī & tímui, ne edissererē scientiā meā uobiscū.
8 Dicebam: Dies loquentur, multi anni indica
bunt sapientiam.
9 Veruntamen spīritus est in homīne, & spiraculum al
tissimi intelligere ea faciet.
10 Non (semper) primates sapientes sunt, & senes (non)
intelligunt iudicium.
11 Propterea dico: Audi me, edisseram scientiā me
am etiā ego.
12 Ecce expectaui uerba uestra, pauscultauī apparatus
uestros, quando u examinabantur uerba.
13 Et quantisper uos cōsiderabā, non erat qui Iob redar
gueret, (& qui) responderet uerbis eius ex uobis.
14 Ne forte dicatis: Inuenimus sapientiam, deus expulit
eum, non uir.
15 Et non congressus est mecum uerbis, & in eloquijs ue
stris non respondebo ei.
16 (O) expauerunt non responderunt ultra, declīnarunt ab
eis eloquiā.
17 Et expectaui sed non sunt loquuti, quia steterunt nō
responderunt ultra.

Zz Respon

18 Respondebo etiam ego partem meam, edisseram
scientiam meam etiam ego.

19 Quia plenus sum uerbis, coartat me spiritus uentris
mei.

20 Ecce uenter meus sicut uinum, (quod) non aperitur,
sicut utres noui, (qui) non scinduntur.

21 Loquar & refocillabit me, aperiam labia mea, &
respōdebo.

22 Absit oro ne accipiam facies uiri, & erga hominem
ne aduler.

23 Quia nescio adulari, breui comburet me factor meus.

CAP V T XXXIII.

1 **P**orrò audi Iob uerba mea, & omnia uerba mea
ausculta.

2 **E**cce age aperui os meum, locuta est lingua
mea in gutture meo.

3 Rectitudo cordis mei uerba mea, & scientiam labia
mea puram loquuntur.

4 Spiritus dei fecit me & spiritus altissimi uiuifica-
uit me.

5 Si potes responde mihi, dispone, coram me cōsiste.

6 Ecce ego sicut os tuum apud deum, ex puluere fa-
ctus sum & ego.

7 Ecce terror meus non terreat te, & coactio mea su-
per te non erit grauis.

Verū tamen

- 8 Veruntamen dixisti in auribus meis, & uocem uerborum tuorum audiui.
- 9 Mundus ego sum absque prauaricatione, innocens ego & non habens iniquitatem.
- 10 Ecce occasiones contra me inuenit, existimauit me inimicum suum.
- 11 Posuit in compede pedes meos, custodit omnes seruitas meas.
- 12 Ecce in hoc non iuste dixisti, respondebo tibi, quia magnus est deus praeter hominem.
- 13 Quare aduersus eum contendis: quia omnes uias suas tibi non reuelauit.
- 14 Quia in uno loquitur deus, & in duobus (ei qui) non uidet ipsum iudicium.
- 15 In somnio uisionis noctu quando cadit sopor super homines, in dormitationibus super lectum. (gillat.
- 16 Tunc reuelat aure uiro, & in correptione eorum suorum.
- 17 Ut amoueatur hominis opus, & superbiam a uiro occultet.
- 18 Retrahat manum eius a sepulchro, & uitam ne trahat per gladium.
- 19 Increpat quoque dolore super cubili eius, & multa offensa eius fortiter.
- 20 Et abominatur uita eius panem, & anima eius cibum desiderabilem.

21 Defecit caro eius ne uideat, confringuntur ossa eius
ne uideantur.

22 Et appropiat sepulcro anima eius, & uita eius pol-
linctoribus.

23 Si fuerit pro eo nuncijs eloquens unum e mille, ut an-
nunciet homini rectitudinem suam.

24 Et misereatur ei (deus, & dicat liberauit eum a descē-
su sepulcri, inueni propiciationem.

25 Tenera erit caro eius magis quam paruuli, reuerte-
tur ad dies adolescentiæ suæ.

26 Orabit ad deum & placabit eū, & uidebit faciē eius
in uociferatione, & reuertetur ad hominē iusticia eius.

27 Videbit ad homines, & dicet peccaui, & rectum de-
prauaui, nec profuit mihi.

28 Redemit animam meam, ne transiret in foueam,
& uita mea in luce uidebitur.

29 Ecce omnia illa faciet deus tribus modis cum uiro.

30 Ut reducat animam eius a sepulcro in lucem, in lu-
cem uiuentium.

31 Attende Iob, audi me, tacente te, ego loquar.

32 Si habes uerba responde mihi, loquere, quia nolo iu-
sticiam tuam.

33 Si minus, tu me audi, tacentemq; te docebo iu-
sticiam.

METAPHRASIS HVIVS
ORATIONIS.

HActenus habita & mea iuuentutis, & uestra senectutis ratione, cauens diligenter, ne quid honori uestro decederet, in hac re quid mihi uideatur, edisserere nolui, arbitratus cum eloquentiam, tum sapientiam senioribus magis familiarem. At ut uideo nihil sapientiae est in hominibus, nisi ab altissimo, afflentur. Vnde nec omnes principes sapiunt, nec cuncti senes intelligentia ualent. Donum dei est, quod pro suo arbitratu dispensat, potest etiam iuniorum linguam reddere disertam. Ea propter oro, ut & ego audiar donec quid sentiam deprompsero. Equidem nullius est uobis sermonem interpellauit, sed expectaui cunctorum sermonum finem, & diligenter auscultauit, quamdiu pro uestra sapientia uerba Iobi uentilastis, donecque de mente uestra certior fierem, nec uidi adhuc quid iussu in Iobo reprehenderetis. Miror autem ualde, nullum adhuc ex uobis dicta Iobi, ut par erat confutasse suis responsis. Nequaquam enim sapienter illum esse redargutum, scitote, dum dicitis: Quoniam deus illum propter peccata sua puniit, ac felicitate destituit, idcirco indignus est, qui cum pluribus agat uir quispiam. Necque mihi probatur Iobi sermo, & licet nondum certarim cum eo, longe tamen alijs quam uos argumentis eum aggrediar. firmioribusque quam ut euadere, uel aliquid obijcere possit. Et quare silerem, quum enim seniores quod miror expauerunt, & obmutescerent nihil ultra respondere, quibus loquentibus, ego ne hiscerem quidem, sed silent & respondendo non progrediuntur, age, quum non etiam mihi symbolum meum ponere, & quid ipse sentiam proloqui liceat. Necque mihi quamuis postremus loquar uerba deerunt, sed abundabunt. Quae ne antea inutiliter effunderent & in tempestiue effutirem, spiritus intra me cohibuit, quem

Zz ; admodum

admodum uinum nō semper pronitur, neq; noui utres semper aperiuntur, sed habent suum tempus. Ita nobis silenti-
bus, quoniam tempus loquendi est, nunc affatim loquar,
magnaq; cum uoluptate labia mea aperiam, faciamq; id ci-
tra omnem tam potentis quā miseræ personæ respectum.
Absum enim procul ab adulatione, & uereor si cui adula-
rer, uel iniquior essem, ne intolerabili incendio adiudicaret
me conditor meus.

- 1 Ex capite tricesimo tertio, Attu mi Iob patienter oro
3 uerba mea audi, omniaq; dicta mea diiudica. Neq; enim te-
4 mere, aliquid quod forte in buccam uenit, loquar, sed cum
5 iudicio aperio os meum, linguamq; meam moderor. Ne-
6 que ē ficto, sed sincero pectore, pficiscitur sermo. Nihil do-
7 li labia alunt. Ne tibi cum impio sermonem esse putes, mi-
8 hi quoq; est timor altissimi dei, cuius spiritu ac uolūtate con-
9 ditum, ac uiuificatum me credo. Quin & te libens uicissim
10 audiam. Responde si quid habes. Libereq; mihi in faciem
11 resistito. Ab uno deo, ex eodem luto, meum, tuumq; os for-
12 matum est, proinde nequaquam impetu orationis terrue-
13 rim te, onerosiorq; tibi esse uelum. Igitur ut scias quo ten-
14 dat sermo meus. Palam audiui hisce auribus meis ista uocis
15 tuæ uerba: Mundus sum absq; transgressione, & ita mun-
16 dus, ut non sit in me iniquitas. Et nihilominus, deus reper-
17 tis in me occasionibus pro inimico suo habet, & quasi in
18 compede uinctum ne elabar obseruat. Ecce hæc tua uer-
19 ba improbo, utpote iniuste dicta. Indignū enim est, quod
20 homo quum sis contendere cum deo summo audes, & gra-
21 uatim fers, quod non reuelat tibi omnes iusticiæ suæ uias.
22 Quanto satius fuerit poenitere, & reuocanti deo parere,
23 quā sic obmurmurare. Solet enim iusticiam suam igno-
24 rantes una & duabus uijs, hoc est, trifariam erudire. Pri-
25 mum quosdam reducit per nocturnam uisionem, quando
homines

16 homines dormiunt, admonens, audireq; faciens, quid cor-
 17 rumpendo illos, perfecturus sit, quo hominem ab opere ma-
 18 lo, & superbia abducat, atq; perditione ac gladio animam
 20 ac uitam illius seruet. Corripit secundo quosdam agritu-
 dinibus corporis, ossa eorum ita fortiter concutiens, ut &
 21 delicatissimi cibi desipiant, carnemq; ita ematians collisis
 22 ossibus, ut inuisibilibus, & umbris fiat similis, & sepulcro
 23 ac morti maxime appropinquet. Reducit etiam tertio, si
 24 facundissimum quempiam totius multitudinis nuncium
 mittat, qui quod rectum homini sit, annunciet, ut sic ipse
 misereatur per illum erranti, ac dicat: Ecce ille admoni-
 25 tionibus suis redemit eum, inueni propiciationem & ele-
 mens ero. Ecce caro eius magis reuiuifcet, quam quum
 26 adolescens esset, redibitq; uegetior adulescentia, Vnde &
 orabit ad deum pro peccato suo, qui ei placabitur, &
 clamantem & sacrificantem in conspectu suo benignus
 27 respiciet, interque iustos illum iterum numerabit, ita ut
 cum gratiarum actione conualescens accedet ad homi-
 28 nes, ac dicat: Peccaui, & ueritatem deprauaui, neque uti-
 29 lia sectatus sum. Quin ecce liberata est anima mea,
 ne ingrederetur in infernum, sed ut lucem eorum qui
 30 uere uiuunt spectet. Ecce omnia illa tria facit deus
 31 cum homine, quo reducat illum ab inferno in lumen
 lucis uiuentium. Audis Iob me? num taces? ut ego lo-
 32 quar: Si habes, quod dicas, liberum est tibi respondere, ne-
 que enim te condemnandū ego dixerim, cuius iusticiæ
 33 gratulor. Si nihil est quod respondeas, audi me silenter,
 doceboq; te sapientiam.

Paruulus

- 7 Parvulus ego] Quoniam Elius etate iunior erat, mira rhetoricatione in procemio invidiam declinat, ne impudentia obijciatur, dicit à se illos expectatos, ne autem inscitia improperet, addit se probatiora allaturum, & promitigat dicens: sapientiam divini spiritus esse. Et iterum, ne adulationi videatur studere, nec tribus illis parcat, & iudicii divini meminit.

Officium adole-
scentum.

Parvulus diebus] Id est, iunior annis, non item scientia. Officiū adulescentum est, vix in sua causa, & quum necessitas postulat loqui, maxime in medio magnatum & senum, ut est Ecclesiastici. 32. Iuvenes enim parum experti sunt, & calore quodam feruntur. Contra in senibus maior est experientia & maturitas. Quod & ipse fatetur, inquiens: Dicebam, id est, sentiebam sic. Dies loquuntur, id est, annosi, quia illorum est multa scire.

8 Verumtamen spiritus est] Spiritus & spiraculum, vel halitus pro eo-
scientia, divinum
est donum. dem accipitur, & indicat divinum non humanum donum esse scientiam ac sapientiam. Hoc testatur etiam Daniel: Deus dat sapientibus sapientiā & scientiam, scientibus intelligentiam. Is hominum personas non curat, & se-
re contemptibilia in hoc mundo eligit, spirans in utilitatē ecclesiæ ubi vult.

10 Nō semper primates] Heb. רבִּים Id est, autoritate præditi. Græ-
cus à multitudine temporis πολλοῦ χρόνου interpretatur. Vult igitur non omnes sapientes, qui honorabiles videntur, nec doctos, qui senes sum. Seniores inuenis, à quibus egreditur iniquitas. Adolescentes occurrent, quos monet Paulus ne contempnas, Non intelligunt iudiciū, id est, ignorant, quid nam sit æquum. Itaq; iuxta faciem ne iudicemus, nihil magistrorum & seniorum autoritas spiritus sancto in iunioribus operanti præiudicare debet, Quid ueritati obest adolescentia, si illius teneris desiderio non sitis si ex fœtili nectare desipit.

Iudicium non in-
telligere.

- 11 Propterea dico] Hinc animos capio, ut et me audiri liberior posulem. Græcus in plurali legit: Audite me: Sed eadem sententia est congregationi dicere. Audi me, & audite me.

Scientiam meam] Modeste dixit, id est, quantum mihi cognoscere datum est,

- 12 Ecce expectavi uerba] Audiri mereor, inquit, duplici nomine, tum quia uos patienter audiui, etiam parum apposite loquentes, tum quia novis & certioribus

rioribus argumentis Iobum aggrediar. Expectaui uerba, æquum est ut & me audiat is uisissim, nō expectaui autem simpliater, sed usq; ad finem, quā diu uerba illius uenilastis audiui. Duplex est lectio apud Hebræos. Quidam enim legunt הכוונתיכם id est, κατὰ σκοπὸν: apparatus & ἐπιχειρήματα: alij הכוונתיכם intelligentias, eodem tamen sensu, licet prior lectio magis arrideat, sudasse enim uult illos in uiuando Iobo, & sic quoq; succubuisse. Græcus personas mutauit dicens: ἐνωτίζεσθέ μου τὰ ῥήματα λέγω γὰρ ἀκούοντα ὑμῶν: ἄχρισ οὐ ἐτάσατε λόγους: Auscultate uerba mea: dicam enim audientibus uobis, donec probetis sermones. Hoc est, dicā talia quæ etiam ipsi audientes probare cogemini.

13 Et quantisper uos] Quia mendaces calumniæ affercebantur, nihil ad rem faciēbant responsiones uestræ.

14 Ne forte dicatis] Neq; putetis ideo illi responsū bene, quod expulerit & punierit eum, cō quod pœnæ quas fert, contra illum pronūciet, & ita nō ultra opus uestra redargutione, utpote uir deploratus. Non exasat uos ista responsio. Zuinglius sic uertit: Tam abest, ut possitis dicere uos prudenter omnia inuenisse. Sed deus confutabit illum non homo.

15 Et non est congressus] Ille quidem orationem contra me non habuit, et siquidē esset congressus, non respondiſsem, ut uos uerbis mendacibus sed multo solidioribus. En nouam insinuationem. Verum, quum eadem ferē argumenta profert, quare dicit: In eloquijs uestris non respondebo. Respondemus q; eadem ferē argumenta uiolentius torquet, & non imitatur illorum, immiseri-cordiam ac calumnias.

16 (O) expaucrunt, non responderunt] Mutat personas, & in tertia per admirationem loquitur, & idcirco ad Iidi, O admiratiuū, quasi dicat. Rem miram, sapientes ita obstupescere, & non habere quod dicant, & quandiu expectem desiat eos sermo, stant & hærent, licet ignorantiam suam simulent. Nemo à dicēda ueritate repellendus.

17 miram, sapientes ita obstupescere, & non habere quod dicant, & quandiu expectem desiat eos sermo, stant & hærent, licet ignorantiam suam simulent.

18 Respondebo] Fas igitur mihi erit loqui. Nullum enim ubi utilitas posuit à dicēda ueritate repellere licet. Conferunt quiq; ad ædificandum tabernaculum pro suo uirili quod possunt.

19 Quia plenus sum] Hunc locum sic enarrant: Nisi eloquar quæ sentio,

AA

medius

medius crepabo, ita spiritu uentris infloret. Et sic stultam illius arrogantiam notant, qui tamen sapientissime loquebatur. Qui enim tam patienter cominuit se ne interpellaret alios, quare arrepticio compararetur, qui spiritu suo imperare nequeat. Amithē in si attendis, maior erit uerborum claritas. Non habebant illi quod loquerentur, hic uerborum plenus est. Illi sibi timebam, hic animosissimus est et spiritu plenus, qui monet, ut doceat.

Tēpore omnia
aguntur.

- 20 Eae uenter meus] Exponunt: sicut mustū nondū satis decoctum, nisi admittas aërem, disrupto uase effluit, ita uenter meus nisi loqueretur et respiraret, creparet. Est autem alia mens, nempe esse tempus quo uinū depromitur, et quo utres aperiuntur, esse tempus loquendi rumpendi; silentiū. Dicit igitur, quod sicut promus suo tempore promit uinū, sic ipse post longā expectatiōē dicēdi oportunitatē nactus est. Græcus dicit: ὡς ὅτε φουστανὶ χαλκῷ ἔξῃ ὡς: Sicut follis fabri erarij ruptus, nam et ille spiritū plenum emittit, sed minus accommodata est similitudo

- 21 Loquar et resicillabit] Similitudinē ipse adaptat, et exponit. Aperiri labia mea, id est, utres illos et respondebo, effluet; uinū illud quod me resicillet.

- 22 Absit, oro, ne] Veritatem loquuturus sum, unde absit ne faciem uiri respiciā, non spectabo, beatus an miser sit, non adlabor, id est cognominabo, dans alijs magnificos, alijs ignominiosos titulos. Hebræis enim est, cognominare pro adulari. Timeo enim deum, si in gratiam hominum quæ non oportet loquar, et ueritatem prodam, ne æterno incendio me puniat. Paulus ait: Væ mihi si non euangelizaro. Exechiel uero prædicit: uel lapsurientē parietē de albatibus. Et iterū Apostolus: si hominibus placere, Christi seruus nō essem.

CAP V T

XXXIII.

- 1 **P**orro audi obsecro] Nunc cū Iob quoque præfatur, nam antea quā causam proponit, illum oratione blanda sibi demulat, promittēdo magnā diuināque sapientiā, dandūque absque omni metu respondēdi copiam, iubet autē audire uerba, eāque omnia, neque enim de orationis dignitate probe iudicabit qui non totum illius conspexerit corpus.

- 2 Eae age aperui] Apertio oris et linguae in gutture loquutio meditata et non tumultuaria, in labijsque nata orationē significat. Sapientiū enim est aperire